



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Lvdovicvs Richeomvs Pio Lectori S. P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

XX  
L V D O V I C V S

R I C H E O M V S P I O

*Lectori S. P.*



M I C E Lector, tu-  
que qui aliquando  
oculos in valedi-  
ctionē isthanc no-  
stram cōiecturus es, id ama-  
bo eodem fine abs te fiat, quo  
scripta à me illa est & diuul-  
gata. Consilium meum erat  
eum tibi temporis articulū  
accuratè depingere, qui pro-  
bè intellectus aditum tibi ad  
cælum muniret, & quo malè  
perspecto, vitæ huius initia  
ac progressus ipsa mors, finis  
autem infernus foret. Hic in  
præparatione ad extremam  
valedictionem consistit, quā  
tu terræ ac mundo necessa-  
riò:

AD LECTOREM.

riò dicere debes, quo aliquā-  
do aut præmijs dignis affici-  
aris, aut certè è contra rigi-  
dum ac feuerum iudicè ex-  
periaris. Tempus quo eum  
cogitare debes instans est,  
cum enim homo quoties pe-  
dem ponit, toties propius  
mortem accedat, quid ama-  
bo aliud consequitur, nisi v-  
nicè hoc eum debere allabo-  
rare, vt quam maturrimè eā  
accedat? Porrò hic aliud si  
cogitemus, aliud etiam faci-  
amus, perdimus occasionem  
bene faciendi, postea in se-  
pulcro medicinam frustra,  
& inter vermes auxilium ne-  
quidquam expetituri; quem-  
admodum id nobis accuratè  
sacra Scriptura ob oculos  
ponit, diuitem illum epulo-

Luce. 16.

\* 5 nem

AD LECTOREM.

nem nobis describens, cuius corpus à vermibus, & anima à diabolis comesta, ad Abrahæ sinum nequidquam aspirabant. Verùm tunc ille vetricibus diuinæ iustitiæ flammis inuolutus, vnicam aquæ guttulā postulauit, eum videlicet ignem extincturus, quem nec Oceanus, nec maria vniuersa valent consopire; at meritò omninò: neque enim ei aquæ gutta debebatur, qui esurienti Lazaro micam panis denegarat; quiq; vnum hoc curauerat, bellè curari, lautè viuere, & longissimam sibi ætatem polliceri. Huius ne tu infortuniū tibi quoq; accersas, mortem in vita metue, quo eam aliquando deuincas, in eiusdē  
te:

AD LECTOREM.

te mortis meditatione alacriter exerce, quo hilari gressu Paradisum versus decurras. Qui tibi dixit: *Ego sum* <sup>Ioan. 14.</sup> *via, veritas, & vita*, viam tibi regiam ad cælum præsignavit, media ad id suggerit, & præmium ob oculos tibi constituit. Ad hoc ego te & libellus iste meus inuitamus: quæ si tu sedulo pellegeris, & fortiter aliquando dimicaris, fieri omnino non potest, quin sub finem coronam coelestæ consequare, & in superna patria triumphum legitimum merearis.

\* 6 APPRO-